



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

6. Quando regnauerit iste Demetrius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)



NOTÆ ET QVÆSTIONES
CHRONOLOGICÆ,

IN LIB. II. MACHABÆOR.

CAPVT I. v. 7.

Regnante Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono, nos Iudæi scripsimus in
tribulatione.

QVÆSTIO VI.

Quando regnauerit iste Demetrius.

1. **R**abanus & Glossa ordinaria, ex Ruperto, tradunt hunc Demetrium fuisse Soterem, qui Eupatorem proximè excepit, & summam horum 169. annorum hac supputatione colligunt. Ab epocha Seleucidarum vsque ad Antiochum Epiphanem numerantur anni 137. Inde Epiphanes imperauit annos 11. Eupator 2, Demetrius Soter 12 ex quibus conuenit an. 162. & sic ad numerum 169. annorum hic expressorum desideratur anni 7. quos duobus modis suppleri posse scribunt. 1. Si septennium sumamus ex Annis Antigoni, qui Seleucum Nicanorem præcessit. 2. Si septem anni adscilcantur, quibus post Demetrium Soterem regnauit Alexander, ignauus & regia maiestate indignus. Priorem modum rejicit Hugo; posteriorem recipit. Ego neutrum admitto. Nam *in primis* quæ ratio excogitari potest, cur anni septem Antigoni assumantur, non plures; non pauciores? Deinde cum alijs in locis auctor huius libri æram regni Græcorum vsurpat: quare hic ab altiore principio numerum istum 169. annorum deducat? Tertio Alexander, qui Demetrium Nicanorem securus est, regnauit tantum quinquennio, & occisus est anno Græcorum 167. 1. Machab. 9. vt supra docui q. 4. in Machab. Quarto est plane insolens ea computatio, qua omnes anni Alexandri, tribuuntur eius antecessori, iam aliquot annis ante perempto. Demetrius autem Soter occisus est anno Græcorum 162. 1. Mach. 10. ver. 50. & 57. Quinid perperam addit Glossa ex Ruperto hunc annum 169. fuisse, quartum Ionathæ. Fuit quidem vltimus: nam anno sequente hoc est, 170. Græcorum cœpit populus numerare annum primum Simonis. Ex quo vero Ionathas susceperat suæ gentis principatum, annus 18. agebatur: quandoquidem Iudas in prælio cecidit anno Græcor. 152.

Sententia
Rabani &
Glossæ or-
dinariæ.

Supputa-
tio hac nō
probatur.

Sexto,

P.
H. Philippi

Chronologia
vet. Testamenti

A. IV

170

Sexto, Demetrius Demetrii regnare cœpit anno Græc. 167. Machabæi
& anno 172. abijt in Mediam lb. cap. 14. v. 1. Igitur anno 167. idem Machabæus
& ex communi sententia, contra pauculos iam refutatos, illi Machabæi
Iudæi Ierofolymitani, ad Egyptios hic scripsisse dicuntur et Demetrius
cator, Demetrii Soteris filius, cuius Nicatoris annus 3. incidit in 169. regni
Græcorum, quam summam hac ratione ex annis regum Syriæ colligitur
Antiochus Epiphaneus ad regni fastigium prouectus est, anno 167. Græcorum
ergo ante illius imperium anni 136. elapsi sunt: his additis, ipsius Epiphaneus
2. Eupatoris, Demetrii Soteris II. Alexandri 3. & Demetrii Nicatoris 1. annis
bus exurgit, annus 169. regni Græcorum. Denique hic annus 169. ex libro
do huius libri 2. Machab. ab autumno, atque adeo, vt plerique censent, a
se Tifri computatur, anni ante Christum 144. circa 9. Septembriæ equi-
næ 10. Solis 6. lit. Dom. G. Epacta 15.

Verf. 9.

Quid sit
Scenopegia

Frequentate dies Scenopegia mensis Casleu. Scenopegia siue festum Iudeo-
rum ex lege Moylis celebrabatur mense Tifri: festum autem purificatio-
pli, quod etiam Scenopegia est appellatum, agebatur mense Casleu. Quod
ipsum indicat versiculus 18. Facturi igitur quinta & vigesima die mensis
rificationem templi, necessarium duximus scribere vobis, vt & vos quæque agerent
Scenopegia. Causa verò cur hoc festum nono mense institutum & non
Scenopegie vocatum sit, aperitur infra cap. 10. v. 6. Et cum latius dabo
runt, in modum tabernaculorum, recordantes, quod ante modicum tempus, dabo
nem tabernaculorum in montibus, & speluncis more hostiarum egerant. Tempus
thyrsos & ramos virides & palmas præferbant ei, qui prosperauit mundari
Verf. 10.

Anno centesimo octogesimo octauo.

QVÆSTIO VII.

Vnde supputetur iste annus 188.

Livani
sententia.

1. Tyrantus in hunc locum ait probabiliter dici posse annum istum
dire ab anno 12. Assueri, quando populus Iudaicus interrocatus
man parata, miro modo subductus fuit, & delinere in eum fecit
Iudas Machabæus, haud pridem sacram ædem curauerat expurganda.
coniecturæ duas causas affert. 1. Quod Iudæi soleant suas aras augere
bus mirabilibus, qualis tunc fuit euasio gentis Iudaicæ, à periculo necitan-
nentis. 2. Quod liberatio quæ sub Antiocho Epiphane contigit Iudæos,
ei similis quæ acciderat sub Assuero. Hunc autem Assuerum parum
annos circiter 40. & sic ab anno eius inclusiue 12. remanere annos